Diuiſiones decem nationũ totius chriſtianitatis.

NOtandum ꝙ gentes chriſtianoꝝ diuiduntur in decem nationes videlicet Latinos: Grecos: Indos Jacobitas: Neſtorianos: Moronitas: Armenos: Georgianos: Surianos: ⁊ Mozorabes.

Prima natio.

¶ Latini habent papam ⁊ imperatorē Romanorum pro ſuperioribus ⁊ reges multos videlicet regem Francie in natione gallicana ⁊ multos duces ⁊ comites.

¶ In natione Hyſpanica ſunt reges Caſtelle Legionis. rex Aragonie. rex Portugallie. rex Nauarre ac multi duces ⁊ comites.

¶ In natione Italica rex Sicilie. rex Neapolitanus ⁊ multi duces marchiones ⁊ comites videlicet Venetiarũ Florentie Senarum ⁊ Janue.

¶ In Germanica aũt natione preter imperatorem qui debet eſſe Alamanus ſunt re-

ges multi videlicet rex Anglie: rex Scotie: rex Ungarie: rex Bohemie: rex Polonie: rex Datie: rex Frisie: rex Suetie: rex Norwegie: rex Dalmatie: rex Cruatie &c. et multi langravij duces comites &c. Item in insula Cypri rex Cyprie: omnes pdicti ſunt obedientes eccleſie Romane.

Secunda natio.

¶ Greci habent patriarchā Conſtantinopolitanū archiepos epos abbates &c. i ſpiritualibus. In temporalibus imperatorē duces comites hyſbotū &c. Pauci tamen ſunt nūc numero quia Agareni Turchi occuparūt et receperunt maiorem partē grecie et iſti non obediunt Romane eccleſie: et habent errores multos et ſunt condēnati per eccleſiā quia dicunt qꝫ ſpūs ſanctus nō procedit a filio et qꝫ nō ſit purgatorium.

Tertia natio.

¶ Indi ſunt quorū princeps eſt pbr̄ Joānes de indijs: huius ptās et numerus excedit oēs xpianos. Nā habet ſub ſe ſeptuaginta duos reges. Et qñ dict⁹ dn̄s rex pbr̄ Joānes equi-

tat ſemꝑ facit portare crucē ante ſe ligneam. Sꝫ qñ vadit ad bellū tūc facit portare duas cruces: vnam de auro aliam de lapidibꝰ preciosis. In illa terra eſt corpus ſācti Thome apoſtoli in maxima veneratione.

Quarta natio.

¶ Jacobite dicti a Jacobo heretico diſcipulo patriarche Alexādrini: hij in partibꝰ oriētis occupant magnā partē Aſie ꝛ terrā māhre eſt propinqua egypto: ꝛ terrā Ethiopie vſqꝫ ad indiā pluſqꝫ quadraginta regna. hij circumciduntᷣ ꝛ baptizantᷣ cum ferro ignito caracterem crucis imprimunt in frontibus ꝛ in alijs partibus corꝑis vt in pectore vel in brachijs. Hij confitentᷣ ſoli deo ꝛ nō ſacerdotibus indorū ꝛ agarenorū: hij dicunt in xp̄o eſſe tantū naturam diuinā. aliqui eoꝝ loquūtᷣ lingua chaldea: alij arabica: alij ꝯo alijs linguis ſm̄ diuerſitatē nationū. Iſti fuerūt condemnati in concilio Calcedoneñ.

Quinta natio.

¶ Neſtoriani a Neſtorio heretico diſcipulo ſic vocati qui fuit Conſtantinopolitanus: hij

ponũt in xp̄o duas pſonas vnã diuinã: aliam
ↄ̄o humanã: ⁊ negant beatã Mariã eſſe ma-
trem dei ſ; bene hoīs Jeſu: hij vtunt̄ lingua
chaldea in ſuis ſcripturis ⁊ cõficiunt corpus
xp̄i in fermẽto: hij inhabitant Tartariam ⁊
maiorẽ Indiã ⁊ ſunt multi numero. terra eo-
rũ cõtinet tantũ ſicut Almania ⁊ Italia: hij
heretici fuerũt condẽnati in Synodo epheſi
na ⁊ fuerũt diuiſi ab eccleſia Rõmana ⁊ per-
manſerunt in ſua pertinatiā.

Sexta natio.

Moronite a quodã heretico Morone qui
vnũ intellectuꝫ ⁊ vnam voluntatẽ in xp̄o tm̄
ponunt: hij inhibitant Libiã in prouincia fe-
nicis in magno numero prelijs edocti ⁊ ex-
perti ſpecialiter vtunt̄ arcubꝰ ⁊ ſagittis more
latinoꝝ cãpanis ⁊ eoꝝ ep̄i anulis mitris ⁊ ba
culis paſtoralibus vtunt̄ in ſcripturis diui-
nis lr̄a chaldea: ⁊ in vulgari arabica vtunt̄.
Hij aliqñ fuerũt ſub obedientia Romane ec
cleſie. Nã eoꝝ patriarcha erat in cõcilio ge-
nerali Lateraneñ celebrato Rome ſub In-
nocentio. iij. Sed poſtea receſſerũt: hij p̄mo

fuerunt condẽnati in ſynodo Conſtantinopo
litana: poſtea redierũt ad obedientiã eccleſie
Romane: ꝛ iterũ reuerſi ſunt ad ſuã opinio-
nem falſam in qua pſeuerant.

Septima natio.

¶ Armeni habitant in regno Armenie ꝓpe
Anthiochiã: hij propriũ ydeoma ꝛ linguaꝫ
cõmunẽ omnibus ꝛ ſcripturas ſanctas ꝛ offi
ciũ eccleſie cantant ꝛ dicũt in vulgari lingua
ita ꝙ ab omnibus ſecularibꝰ viris ꝛ feminis
intelligunt᷑: habent ſuũ primatẽ quem vocãt
catholicũ cui obediũt velut pape cũ magna
deuotione ꝛ reuerentia. Quadrageſimã ieiu
nant in qua nõ comedũt piſces: nec bibũt vi-
num: in diebus tñ veneris comedũt carnes.

Octaua natio.

¶ Georgiani a beato Georgio quem habent
in prelijs in patronũ ꝛ habitant in partibus
orientalibꝰ: eſt populus multũ pulcher: for-
tis ꝛ delitioſus Medis Perſis Aſſuris in
quoꝝ ꝯfinibus cõmorant᷑ valde formidoloſi
vtunt᷑ lingua greca: vtunt᷑ ſacramẽtis modo
grecoꝝ: clerici habent coronas rotundas in

capitibus raſas: ſeculares vo quadratas: ⁊ qñ veniũt ad ſanctũ ſepulchrũ nõ ſoluũt ſarracenis tributuȝ ⁊ ingrediunt hieruſalẽ cum vexillis erectis: qꝛ ſarraceni eos timent: coꝝ femine vtunt armis ſicut viri vtunt pileis altis in capitibꝰ ad altitudinẽ cubiti: ⁊ qñ ſcribunt Soldano ſtatim fit quod petunt.

Nona natio.

¶ Suriani dicũt a ciuitate Sũr que eſt eminẽtioꝛ in Suria vel Aſſuria: hij vtunt in ſermone vulgari lingua ſarracenica in ſcripturis diuinis ⁊ officio miſſe ligua greca: habẽt epõs ⁊ cõſuetudinẽ grecoꝝ ſeruant ⁊ eis obediunt in oĩbus cõficiunt in fermẽto ⁊ habent opiniones grecoꝝ cõtra latinos hos ſequũt aliqui xp̃iani qui in terra ſancta vocant Samaritani cõuerſi pꝛimo tempoꝛe apoſtoloꝛũ ſed nõ bene ſapiunt in fide.

Decima natio.

¶ Mozoꝛabes hij olim fuerũt multi numero in partibꝰ Affrice ⁊ Hyſpanie: ſed modo ſunt pauci: ſunt enim dicti mozoꝛabes qꝛ modos xp̃ianoꝝ de Arabica in multis tenebãt.

Iſti vtunť in diuinis officijs lingua latina ⁊
obediūt Romane eccleſie ⁊ p̄latis latinoꝝ ⁊
cōficiunt in azimo vt latini; ſed in multis diſ
crepant a latinis: qꝛ in diuinis officijs habēt
horas valde prolixas qꝛ cum dies naturalis
diuidiť in vigintiquattuor horas diei ⁊ no-
ctis tot officia habent ſiue horas ⁊ pſalmos
ac hymnos ac certas orationes habent ⁊ ni-
mis prolixas quaꝝ nō dicunt more latinoꝝ:
nam illud quod latini dicunt in principio ip̄i
dicūt in fine vel in medio. ſacramentū eucha-
riſtie diuidūt aliqui in ſeptē partes: aliqui in
decem: eſt natio valde deuota i matrimonio
nō cōiūgunť niſi ꝑſonis ſue gentis ſiue natio
nis inter quas femina amiſſo primo marito
nunq̄ȝ coniungiť alteri ſed ꝑmanet in caſtita-
te perpetua.

¶ Cauſa tante diuiſionis inter xp̄ianos fuit
ꝙ ab antiquis tēporibꝰ xp̄iani fuerūt aſtricti
⁊ impediti ne celebrarent concilia generalia
iō inſurgentibus hereticis in diuerſis parti-
bus nō fuit qui remediū apponeret.

Finis.

Rau.
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.547
Sig.
Mar 457-12°
CB 1002202290

solutum. [illegible] ignorantiam [illegible] ... [illegible]
[illegible] legatorum [illegible] ... [illegible]

[illegible]

solutum quam ex Trebelliano se
natus consulto pro rata portione
actionibus tam in heredem quam
in fidei commissarium competen
tibus. Si vero totam hereditatē
actiones fidei commissario sponte
restituerit. omnes hereditarie ac
tiones fidei commissario et adversus
eum competunt. Set etiam id
quod precipuum in pegasiano senatus
consulto fuerat recusabat quando
scriptus heres sibi datam hereditate

restituuntur. heredis in ...
ex eo senatus consulto acti...
feruntur. eius que remane...
heredem. sine ullo honere her...
editariarum manet. quasi ex lega...
sita. Alterius vero casu, id...
ta parte retenta. rogatus...
tituere hereditatem. et restitu...
tur actiones. pro dodrante...
transferuntur ad fidei com...
pro quadrante apud heredem
heres
Quin etiam una aliqua pre...